 Nos parce, nobis parce, ne nostrum finas
 Perire quemquam, quin tuos cœlo bea.



Ω Πάτερ ἰσθι θεός, καὶ ἀνάξ, σοὶ λάτρευς ὠμλῶ
 Πέμπτι τροφῶν σύγνωθι καὶ ἔκβαλε, κ' ἄμμε
 στίωσον.



Alme pater, qui templa colis fulgentia cœli,
 Solus item tecum nec minus ipse habitas.

Ἀγιαθήτω.

*Dia tuae mentis nobis mysteria pande,
 Ut te quisq; sibi nouerit esse Deum.*

Ἐλθέτω.

*Ut superum paret studio tibi turma perenni,
 Sic quoq; malimus nos tua iussa sequi.*

Τὸν ἀγρον.

*Nos, uti vis, panem petimus, tu largiter addis
 Omnia, in hac vita, queis opus est, hominum.*



Ἄφες.

*Et quia aberramus, si nos ignoscimus ulli,
Et nobis venia sepè reclude fores.*

Μηδὲ εἰσευέγκης.

*Multa petunt nostram dirarum millia vitam,
Præsidio, miseri ne pereamus, ades.*

Ἀλλὰ πῦσαι.

*Quin potius pœnis, & culpa labe remota,
Fac solida nostrum quemq; salute bees.*



Senarij.

TE nouerim, tu me regas, tibi obsequar:
Ale me, miserere, me è periculis bea.



Senarij iambici ἰαμβιακοί.

TE nouerimus, nos regas, tibi obsequamur,
Ale nos, miserere, fac è periculis beatos.

Ai



Δι' ἡρώων.

Πρωτὸν ἔων ὑπατός τε πατήρ, ὑπὲρ ἀστέρας οὐκῶν,
 Σὸν κύνισον αἰεὶ ἔσω κλέσθ' ἠδὲ μέγιστον·
 Σὼ σκήπτρῳ χαρμέντι πατρῷῳ ἄμμε κυβέρενα·
 Ὡς νόες ἐραυιδᾶν, ἔτῳ πειθόμεθα καὶ σοί·
 Πάντα τρέφῳν, πῶς ἐχὶ καὶ ἡμῖν πάντα πρῶτα·
 Ἡμῖν συγγνώμων σὸν ἀπ' οὐδοῖσι γένοιο·
 Μηδὲ λυπολώμεθα, καὶν τρισμύρια δειν' ἐπορεύσῃ·
 Ἐκ δὲ κακῶν ὀπίσσω πρῶτα σοί γε σωθείμεν.



Πάντων πάτερ, χ' ἡμῶν, ἔδραν ἔχων ἐν ἀστροῖς,
 Μέγιστος ὢν, κύνιστος ἄμμι πᾶσιν εἷης·
 Ἡμεῖς πολῖταιί σου, ἀναξὶ σὺ δὲ ἠπιόφρων.
 Πειθόμεθ' ὡς οἱ ἐν ἐραυῶν τεαῖς ἐφειτμαῖς·
 Τροφῶν κατ' ἡμαρ, χῶπόσων χρεῶν, πρῶτα·
 Οὐ νηλέεσσιν ἄμμιν ἴλεως γένοιο·
 Μηθεὶς ὅλοιτε τῶν κακοῖσιν ἐμπεσόντων·
 Εὐί σοι δὲ δὸς ζῆν πημάτων ἀπαλλαγεῖσιν.



Γνωσθῆς ἐμοὶ σκηπτεῖσθ' ἴσθι σοὶ πειθόμεν·
 Καμὲ τρέφοις σύγνωθι καὶν κακῶν σώωσον.





Διὰ δισίχων ἠρώων.

PRIME pater, super astra habitans in sede su-
prema,
Fons veri, fons iustitia, fons pure salutis.

Ἁγιαθήτω.

Fac tua maiestas, augusta per omnia secla,
Non nisi sincera in terris pietate colatur.

ΕΛΓΕΤΩ.

Quem vasti regemq; patremq; agnoscimus orbis,
Pande tuis etiam in castris tentoria nobis.

Γενθήτω.

Vt superum mentes tibi parent quolibet auro,
Nos etiam simili studio tua iussa patremus.

Τὸν ἀετον.

Suppedita nobis alimenta, & commoda vita
Cuncta, quibus nos in terris vis ipse fruiscei,

ἌΦΕΣ.

Et quia non peccare, nec est hac nostra facultas,
Da veniam, quandoq; & nos ignoscimus hosti.

Μὴ εἰσευέγχεης.

Sunt in quoq; hominum, ex alijs, à sorte maligna,
A Belia, mala: quod sit eunq; auerte malorum.

Ἄλλὰ

Ἀλλὰ ῥῦσαί.

*Exolitis potius diris, quacumq; fuissent,
In solidam vitam reduces fac viuere tecum.*



Ἄλλως κατ' ὀπτομυλί.

Π Ἄν ἄγιον
Βασίλεια
καὶ εὐκείθρα πολιτῶν
Σίτθ
Συγγνώμη
Βασιανισμός
ῤύσις ἀπ' αἴτης.

Maiestas,
Diadema paternum,
Concio parens,
Hæc bona,
Spes veniæ,
Constantia,
Meta salutis.



ALIA, PRECIBVS PROXIMA,
quæq; ad pietatem in DEVM faciant plu-
rimum, si quis ijs hoc fine
vti velit.

Πάντοτε χαίρετε
ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε
ὅτι παντὶ εὐχαριστεῖτε.

Dicam, quæ fieri (neq; pugno) posse negaris:
Sed facere anniti Paulina voce iubemur:

C 5

CIII

Cum tamen ipsa viris sanctis nimis ardua res sit.
Ne cor edis cura, neq. des precordia dira
Tristitia, quod qui faciat per se ipse peribit:
Sed pete sancta, quibus viuas, tibi gaudia caelo,
Noctes atq. dies quorum licet vsq. potiri.
Latitia fons est, è quo lata omnia manant:
Ex hoc oceano se flumina mille salutis
Effundunt vena sedato in corde perenni:
Ardua speratam sic per certamina laurum
Depulsi valeas victor mæroris apisci.
Sed quia mortales tamen hic hæremus in imo,
Accipe, quid iam nunc facias: ascendere votis
Est licitum cuiuis, & nostrum quisq. velimus,
Ad genitorem vnum, qui tota mente rogatus,
In terris veniam, sedem largitur in astris.
At precibus multis opus est, quæ nullus omittas,
Donec in hoc ævo vita suspiria ducis.
Promite preces, geme, suspira, ser lumina sursum,
Pande manus, inflecte genu, mens pulset olympū:
Horum quoq. modo fueris sat ritè precatus,
Quod facis officium, voti pater instar habebit,
Fecit & ille Deo, qui sanctè munus obiuit:
Et somnum Deus in votis, & somnia censet.
Porrò quisquis habes grates, & voce profaris,
Cui nisi qui nobis est & pater unicus & rex,
Vnius implesti tres partes muneris omnes,

QUAN-

Quando alacer totus noua vota ad sidera mittis;
Nam quid sanctius est, quam qui bona fundit in
omnes, (men?)

Huic animum memorem prestare, & pangere car-
Et facile est: quando nobis caelo omnia rident.

At rerum misera est facies, & tristia cuncta:
Tum quoq; (nam quid agas?) ipsi praeconia dices:

Nam sapiens bonitas nil praeter commoda donat,
Et mala visa nouos homini commutat in usus,

Si iucunda daret nobis, & suauia semper,
Praecipites lapsu celeri rueremus in orcum.

Adde quod arumnas descripto limite finit,
Et fractos animos recreat caelestibus auris.

Deniq; transacta post tot discrimina uita,
Casibus exemptos, & retro carcere lethi,
Aeternum iubet esse sua nos luce beatos.



Α Α Λ Ω Σ.

Non est futurum, ni potente dextera
In hac profunda valle, dumis obsita,
Omniq; luce destituta coelitem,
Per asperas, per arduas, per lubricas,
Per auias, per impeditas femitas,
Te magnus ille noster, & clemens pater,
Ducat

Ducat, reducat, sospitet, custodiat.
 Quin fiet ille quando vult & efficit,
 Ut omne latus ipse tempus exigas,
 Passim dolore septus & molestia,
 Nil sentias doloris aut molestiæ:
 Ut absq; voto ne relinquant horulam,
 Sed nocte dicas & preces interdiu,
 Supplex parentis optimi petens opem.
 Ut mente tota gratias lætus feras,
 Sive in quieto nauiges felix mari,
 Seu spe sine, altis pendeas in fluctibus.
 Nos dimicemus: arbiter pugnae sacram
 Dat prælianti, segnibus palmam negat.



Α Δ Δ Ω Σ.

Οτι δει εν παντι ευχαρισειν.

ET decet, & fas est, & sanctum, qualibet hora,
 In densis tenebris, in clara luce diei,
 Sem nos lata manet sors, siue aduersa molestat,
 Moribus antiquis ut eunt humana vicissim,
 Non fremere aduersum nostri decreta parentis,
 Impia quod faciat scelerata mente propago,
 Ut se præcipitent volucris sub tartara lapsu,
 Vnde iterum nemo superas emeris ad auras.

Ipse

Ipse igitur, mihi si saltem mediocria dones,
 Summe parens, hilaris, tranquillo pectore, nunquã
 Desiero tibi pro meritis depromere grates.
 Sin mihi decreris malè grata atq; aspera fata,
 Sic etiam lacrymans pangã tibi carmina: nam vel
 Reddes gaudia certa, nouis vel viribus auctum
 Deniq; sperato vitai sine beabis.



ΚΤΡΙΕ ΣΩΣΟΝ ΗΜΑΣ,

δοτοδύμεθα.

Intempesta nocte agitur per carula ponti
 Parua ratis, turbant ex omni parte procella:
 Nec mihi, nec cuiquam spes est super vlla salutis,
 Iamq; adeò rapidus vortex simul hauserit omnes,
 Ninos Christe inues, nobisq; expurgitus adsis.
 Tu potes oceani sauos compescere fluctus:
 Tu potes undisonos boreæ sedare furores,
 Siue velis verbo, nutiue, vel indice dextra.
 Nos contrà deuincta cohors tibi tot benefactis,
 Ex animo vereq; sumus seruire parati.



Ἐπὲρ ἀφείσως ἀμαρτιῶν.

VT miseri sumus è miseris, ab origine prima:
 Nam simul occidimus cuncti, si lege seuera
 Cuiq;



Cuiq; suo statuas iudex pro crimine pœnam:
Verum te penes est venia quia copia, tu nos
Seruatos animo clementi viuere malis,
Quando etiam pridem nos culpa pœnitet omnis,
Et sacra mactata est pro nostra victima vita.
O mihi iam veniaq; data multa q; remissa,
Ne canis ad vomitum ceu fœdus foris recurram,
Ipse tuo posthac nostras rege numine mentes:
Te sine nulla hominum vires, spes nulla salutis.



Επι σὺ ἐγείσω καρδίαν, καὶ με κτανῆς.

EAs non esse mihi fateor sub pectore vires,
Quis opus est homini misero iam rebus in ar-
Ni iubeas, ut te solo, te nitar & vno: (Etis,
Quam quia das menti, quoq; fulci & cœlito auge.
Tunc, etiam me si videaris tollere vita,
Non minus hic expes in te spem figere coner.
Nam neq; me perdes; quin si me occideris, idem
Eandem continuo reddes bonus ipse salutem.



DA PACEM.

Tenuia sunt hæc, qua perimus, sed opus tamen
Ad diluendas nonnihil molestias: (is est,
Da

Da quibus hos, à te compactos, pascimus artus,
 A te profecta cœlitus, mentis domum:
 Vig, tuis hilares donis, gratiq; fruamur,
 Benignus aufer quidquid est tumultuum,
 Siue ciet varios nostra intra pectora motus
 Rationis expers error, aut vis impotens.
 Seu male conueniunt stulti intra mœnia ciues,
 Seu regna vastant prælijs sæui duces.
 Sic te animi cultu pariter venerabimur omni,
 In quaq; re tibi obsequentes liberi:
 Sic etiam inter nos sancte officium omne colemus:
 Vis absit & fraus, seruet vnus alterum.
 At tu summe parens, custos & conditor aui,
 Et vniuersis es salus, & singulis.



Ex Ieremia.

Εἰ ἀλλάξειαι αἰθίοψ το δέρμα αὐτῆ, καὶ πίδαλις τὰ
 ποικίλματα αὐτῆς, καὶ υμεῖς διωθήσεσθε εὐ ποιή-
 σαι μεμαθηότες τὰ κακά.

AN a nigrore vindicatus Aethiops,
 An niveus nitebit, pelle gratus candida?
 An discolore veste nœuis erutis,
 Certo colore Pardalis superbiect?

Sic

Sic vos ab ortu mancipati pessimis,
Facietis id, quod optimum censebitur.

Idem.

*An cute Nigriten niuea candere videbis?
Aut sibi natiuas maculas abstergere Pardum?
Sic innutriti vitijs ab origine prima,
Vos quoq; nil porro nisi iusta & sancta geretis.*

Idem aliter.

Candet Nigrita, pardalis macula vacat,
Sic, ô scelesti, perpetratis optima.



Ad eandem sententiam.

ΑΥΕΠΛΑΥΒΕΓΩΙΘ.

Ingenitos lateri nauos non abluat imber,
Vipera carminibus neq; fiat mitior Orphêi:
Sed mansuefaciant neq; ferri vincula Tigrin:
Et neq; Nigriten pelago Neptunus inalbet:
Sic neq; degeneres animos sapientia fleclat.



ΕΧ Τῆ' ΟΥΙΑΣ ΟΥΑΕ ΑΥΔΕΩΠΘ.

Si sit homo leuis umbra, vel umbra somnium in-
ane. Ad

Ad caput ut Dirces hac vox fuit edita quondam,
Occidit exorients totus, subitōne peribit.

At nunc in gremium cum tellus ossa recepit,
Defuncti superest anima vis ignea nostra.

Quid dubitas? nec enim peccati conscia se mens
Excruciet, metuens pœna post fata futura.

Ergo etiam redit ad sese persæpè, fugitq̃,
Longius à vitis, & pergens tramite recto,

Quantuncunq; potest cœli suspirat ad arcem:

Sed quia iam pridem commissum nemo resexit,

(Quæ præterfluxere quis vllō reddidit auro?)

Nec cunctas animi quisquam de pectore labes

Abluat, ut se re sincerum præstet ab omni:

Hinc sine spe vitæ melioris obire necessum est

Perpetuum miseros, vltro nisi mitiget iram,

Et nos supplicij venia tueatur ab orci

Iustitiæ vindex: nec inexorabilis idem est.

Namq; pater nouit lapsis ignoscere natis,

Si modo quis veniam contrito corde precetur:

Rerum summe parens, ô custos vnice rerum,

Ne nos abijce, quos semel ad tua scepra vocasti.

Me quoq; qui sine spe nil sum, nisi perditæ noxæ,

Hærens vna in re, qua confert sola salutem,

Corrige, certa doce, condona cætera, donec

Hanc animam sperata eites ad gaudia cœli,

D

DA



DA PACEM.

Dapacem, pater: hanc primum, qua fœdere
certo

Conueniunt anima vires tua iussa secuta:
Quæ ratio nulla demandat parte vacillans,
Omnia continuò præstet subiecta voluntas:
Ne nos blanda libido, hærens cuiusq; medullis,
Dedita delitijs & inani perditæ luxu,
A decore abreptos scopulis illidat auerni,
Néue animi furor, excutiens rationis habenas,
Præcipites agat in rixas, in iurgia, cedes:
Vt te toto animo venerati, pace fruamur,
Dum tibi de cunctis mens est benè conscia rebus.
O si de multis populis fortè vnus & alter
Pectore sincero, casta prece numina placet:
Sic sese abripiant diræ sub tartara cæca:
Sic bona vera ferens secum pax dia recurrat.
Tu ræmen, hæc vt sese habeant, mitissime nobis
Dapacem, pater, & seditæ certamina queuis.
Nos neq; consilio quidquam, dextræ uè ualemus,
Tu potes omne genus nutu dispellere pestis.

Oracu-

AD

D



Oraculum Iesaiæ.

Nec tibi iam fundet sol lucida tela diei:
Sed neq; disijciet nocturnas luna tenebras:

Sed lux ipsa, pater rerum, noctesq; diesq;
Certa perpetuaq; omnem te luce beabit.



Preces ad filium Dei.

Iesu Christe, Deus, summi patris unica proles,
Idem homo, pro nostra de virgine nate salute,
Tu pulsare iubes, tu pulsanti ostia pandis,
Tu das munifica dextra bona prima petenti.
En proiectus humi, totus miser, omnium egenus,
Nec nisi te fretus, te coram appareo: quin me
Suscipis, & vitij mundatum labe resingis
In multo meliorem animum, superisq; placentem.
Ni facias, ni des veniam, parcasq; precanti,
Ni me restituas ex imo in pristina clemens,
Omnimodis me perpetuum perijisse necesse est.
Quam quia das mihi, nec reliquum, rex summe
negabis.

Hinc Deus es, quod cum pœnis iniusta refutes



*Supplicibus miseris vitæ commercia reddis.
Qua sola spe nixus, adhuc suspiria duco,
Eadem reddam animam cupide tibi, quando in-
bebis.*

*Interea (nam gratus ero, si cætera desint)
Milibus ex alijs grates tibi mille rependam.*



MICHAELI ARCHANGELO.

O mentium dux, mens sine origine,
Coelestis vnus militiae pater,
Qui pura verbo te colentum
Agmina spirituum dedisti.
Princeps Michaël, quis similis Dei?
Tu par parenti: tu Deus è Deo:
Tu viua imago conditoris,
Conditor ipse, Deusq; praesens.
Miscere contra praelia te Satan
Ausus, cohortes explicat impias,
Et te petit nequidquam, auctq;
Præcipitare tuos barathro.
Qui victor omnem sauitiam & dolos
Virtute dia conteris hostium,
Et nunc pios coetus tuere,
Sanguinei domitor Draconis.

Boxe



ΕΥΧΗ ΔΙΣΤΥΧΩ. Α.

Consiliū desit, mens languet, crura vacillant.
Da vires, da fortem animum, da consilij vim.



IEREMIAS.

Cursant ut viruli petulantes perperere salta,
Iamq; ut cornigeri miscer noua praelia tauri,
Nos miseriq; macriq; hac tempestate maligna,
Demissis animis turbas spectamus ouantum.
Sic fuit, & sic est, & erit res quæq; vicissim,
Cras ut humi raceat, quem iam nunc viuere dixis,
Respiretq; breui fuerat qui proximus Orco.
Sin; tamen hac ad eò pulcra spe duxero vitam,
Ex animo quam spem mihi nec vis ipsa reuellet.



PAVLINVM.

HΝ οσίγῃς διβζης ἐστῖναι μάλ' ἀετίπες,
Πεφύλαξο μάλλον, ἐν δέσμῳ μὴ καππέσης.

D 3

ΑΦΕΞ



A P H E S H M I N .

Sancte pater, veniam culpa miserere potentis,
 Debitaq; è tabulis clemens mea fūdus aufer:
 Et quia nescio, quæ pridem me scire putabam,
 Inq; ijs, quæ didicisse videbar, sæpe vacillo:
 Vt bene te norim, & solum constanter adorem,
 Pande mihi, atq; in me fidei mysteria firma:
 Neu factò verboq; ab ijs, quæ præcipis, errem;
 Me rege perpetuo, retineq; in tramite recti,
 Donec ab his miserum maculis & crimine ab omni
 Purgatum vita melioris sede locari.



O C V L I O M N I V M .

In te, sancte parens, custos certissime rerum,
 In te conyiciunt oculos animalia, quotquot
 Sive meant vastum pinna findente per aquor,
 Sive per arentes faciunt vestigia campos,
 Alisq; remigys alarum nubila tranant:
 Quin nihil à te non fidenti pectore poscunt,
 Tanquam iure suo, nec spe luduntur inani:
 Quos quot enim quoties clamantue gemuntue vi-

cissim

Haud

*Haud mora, iure manu porrecta, tempore in ipso
Cunctorum locuples, cunctis alimenta ministras,
Vnde famis rabiem sedent, vitæq; fruuntur.*



Eis rō Eὐδὴ δευτέρω.

Hoc quoq; præ reliquis miserum & miserabile
duco,

*Omnes quod penitus miseri cum simus ad unum,
Inq; dies grauitèr vitæ peccemus in omni,
Scrutari rigide moresq; animosq; aliorum,
De cunctis agimus censuras, vti Rhadamanti,
Et tenues lepra damnamus crimine nauos.
At se nemo videt, neq; quisquam nosse laborat,
Quis sit, quis fuerit, quis sit fortasse futurus.
Si quis namq; notet finem, sibi prospicit antiè,
Iamq; gradum, cladis metuens, in tempore sistat,
Ne se precipitet de rupe in tartara cæca.
Res quoq; præteritas memori qui mente reposit,
Ille sibi caueat, casus intentus in omnes
Rectius, ad lapidem ne planta offendant eundem.
O ego sic viuam, mea solius omnia lustrans,
Quæ mihi sit bonâ mens de re quacung; quid errè,
Quid memorè, quid agam: satis hoc est cuiq; negoti,
Vix unquam feruens animis quod cogitat atas.*

In cunctis (nec id est facile, & plerisq; negatum)
Si nequeam constare mihi, ne deuius omnis
Semper eam: commonstrem alijs ut tramite recto
Decurrant spatium praelustre salutis ad adem.
Hoc velit ipsa salus, neq; me a se tota repellat.



Ανεβώς ὠφειλάειτε.

Non tibi desidia, non somno vita teratur,
Mortis id instar enim foret: expergiscere so-
Et spatium transi, quantum pote, tramite iusto. (des,
Sed quia ceu cœnosa via est, siue aspera scrupis,
Seu praeceps celeri lapsu, siue ardua sursum,
Iam nunc intentis oculis, iam mente sagaci,
Et solida & firma gressus defigere planta
Ut validus fier, utq; valens cuiuscunq; necesse est.
Ipse etiam num me nihili vilemq; professus,
Si prior, in quo sum, modo substem poplite certo,
Tunc alios forte alloquio, vel iuvero dextra.



Γενέθλια σωτήρος

anni MDLXIX.

Iam millies sexcenties & octies
Iter relegit annum sol aureus,

Ex

Ex quo saluti virgo patris filium
Enixa mater edidit mortalibus.
Hac post tot annos luce nonus aduenit:
Nunc sunt canendæ gratiæ, preces
Cœlo ferendæ, vota nuncupanda sunt.
O qui pater, qui noster es, nec vspiam
Absis, in alto qui sedere diceris:
Tu semper vnus es per temet, ipsa tu
Potentia es, mens ipsa, & ipsa sanctitas:
Tu semper vno cuncta seruas ordine.
Sic rex & imperator vnus omnium,
Secunda, prima, summa & ima cum regas,
Et coge nos sub imperi sceptrum tui,
Tuis vt omnes pareamus legibus,
Ne castra nos in hostium quis auferat:
Vt cœlites obtemperant in omnibus,
Nil non agentes regula certissima.
At nos humo nati, sitiq; in infimo,
A labe prima, nullibi consistimus,
Ni transeuntes lubricas per semitas,
Manu tua, ne corruamus, fulcias.
Tu nec rogatus liberali dextera
Alimenta lauta, vina das liquentia,
Vrbes politas, cuiq; commodam domum,
Vestis vt hora quæq; quasq; flagitat,
Leges sacratas, & quietem publicam,

Sophiæ Lycæa, templa sanctimoniam,
Tuoq; regna dedicata numini,
Quæ cuncta non recenseat, nec cogitet
Quisquam satis, qui semper ista cogitet.
Hanc nos sed omnem dissipamus gratiam,
Quando bonis abutimur, nec obsequi
Dicto studemus optimi rerum patris.
Hinc tætra bella, pestilentia, famēs:
Hinc efferamur mente tota perdit.
Non diffitemur debitores quod tui
Miserè perimus, si repositas omnia:
Tot sunt talenta, de quibus palàm liquet,
Nec est quid aris, unde sit solutio.
Tu creditor potens, sed idem tu pater
Benignus es: ius mitiget paternitas,
Veniam reclude templa fausta liberis.

ατελές.



AMICORVM ITEM ORA
TIONIS DOMINICÆ PA
RAPHRASES.
CONRADI RITTERSHVSI I.C.
ad Io. CASELIVM.

Exem-

*Exemplo concepta tuo mihi, magne CASELI,
Summe libens, solito & vota favore proba.
Sic tibi honorate sine mitia fata senectæ,
Serâq; sit stadij candida meta tui.*

Paternitatis omnis auctor, ô Pater,
Sublimis incola arcis ætheriæ igneæ,
Poli; soli, salique magne conditor:
I. Illustre passim nominis tui iubar
Splendescat, & sancte colatur omnibus
Recta fide, & castis pijsq; moribus.
II. Extenta latè proferens pomœria
Regnum tuum isto in seculo sit gratiæ,
In seculo sed altero sit gloriæ,
Nos ciuibusq; vtrumq; ponat in suis.
III. Sit audiens dicto tibi, quicquid colit
Terras iacentes, sicut ad nutum tuum
Parata cælitum omnis affat natio.
Deinde nobis quicquid ipse immiseris,
Feramus æqua mente & absq; murmure.
III. Quæcunque vitæ poscit indigentia,
Tua è manu expectamus affatim indies.
V. Obnoxijq; debitis cum plurimis
Viuamus, horum gratiam nobis fac, vt
Nos debitoribus sumus nostris quoque
Prompti ac parati expügere sua nomina.
Multi-

VI. Multiplici circumdamur periculo:
 Pericla ne tot obruat nos, tu veta.
 VII. Tandem ex catenatis malis nos explica,
 Vitæ beato muneratus exitu.
 Horum futuros compotes, confidimus.
 In orbe toto quippe tu regnum obrines:
 Tua omnis est potentia, atque gloria,
 Per secula sempiterna, finis inscia.



ΑΙ Δ Λ Ω Σ.

Ω Πάτερ, ἀπερρέειν ναίων δῶ, ἰφί τ' ἀνάστων,
 Δός σε τέθειδ' ἡμᾶς στυ ἀληθεῖα γνώσιν-ἐχούσας.
 Σκῆπτρον ἀνακτορείης δι' ἴθυσε σὺ πάσων ἐπ' αἰών.
 Τῷ ᾧ δὲ θελήματί σε ἀγίω δός ὑπήκοον ἦτορ
 Πάσιν ὀπιχθονίοις, ἀτε κ' ἑρηνίωτες ἔχουσιν.
 Αὐταρκεῖς τε τροφίω πῶρά σε ἡμᾶς δός ἐλέος.
 Συγγνώμην νέμε δι' ἄμμι βασιῶν ἀμπλαυιάων,
 Ὅν τρόπον ἡμᾶς τῆς ἀδικῆσι μάλ' ἦτοι ἐσμὲν.
 Μηδ' ἡμᾶς δεινοῖς καταπονηθῆναι εἰσότης.
 Ἐκ πελάγης ἢ κακῶν ῥυδέντας σῶσον ἀπάντων.
 Σὲ γὰρ ἀνακτορεῖν τε κράτος τ' αἰώνιον ὄσσι,
 Καὶ δόξης πλήρης σῆς γὰρ τε κ' ἕρως ἐυρύς.

ALIA



ALIA.

THEODORI ADAMII, Icti.

Pater supreme, nomen inclutum tuum
Celebremus, imperioq; nos regas tuo,
Et obcediamus, vt tibi superi obcediunt.
Vitam tuere, accepta debita nostra habe,
Vt nos item alijs, nec salutis hostibus
Arma adde nostræ, mala sed aufer omnia.



ALIA

PAULI KEMNITII, Theologi.

Πάτερ ἡμῶν.

Audi summe pater, cæli terræq; monarcha,
Te tua progenies prece supplice sollicitamus.

Ἄγια θήτω

Verbi dogma tui syncerum. & crimine puri
Sint vitæ mores: fermentum desit vtrinq;

Ἐλθέτω.

Regni nos patrij consortes gratia seculo hoc
Dirigat, ereptos hinc gloria pone sequatur.

11101

11101

Τενηθήτω.

*Sit nobis tecum velle unum nolle q̄, seu res
Congrua eat nostris, seu sit contraria votis.*

τὸν ἀγρὸν ἡμῶν.

*Largâ effunde manu, fragilis quibus indiga vita
Dâ veniam, seu corpus, seu sortis munera spectent.*

καὶ ἀφες ἡμῶν.

*Labimur assidue: lapsantes erige: lapsis
Ignosce: & cor da nobis ignoscere pronum.*

Μηδ' εἰσενέγκης.

*Illicium carnis, fraus mundi, rictus & orci
Nos variè oppugnant, tu propugnator adesto.*

Ἀλλὰ ῥῶσαι.

*Deniq̄ decurso mortalis tramite vite,
Clausula sit nobis felix, sit pausa malorum.*

Ὅτι σὺ εἶμι.

*Exorare pater: rex namq̄ es noster: & idem
Cuncta potens, potis es dare: quin imo dabis ultro,
Si modo nostra salus, tua si quoq̄ gloria poscat.
Quicquid des, tibi sit laus, gloria, honosq̄ perennis.
Acclames, fidi quicumq̄ est pectoris: Amen.*

Nostris



Nostri auctor generis, solium cui regia
cœli est:

Nominis intemerata tui sit notio nobis.
Ius regni dona, nos hæredesq; coopta.
Vsq; tuis nostræ patulæ sint nutibus aures.
Da facilis, vitæ quæ præsens exigit vsus.
Indulge, cœu nos sumus indulgere parati.
Arceto à nobis irritamenta malorum.
Nosq; ipsis exsolue malis cœloq; reponere.



*Σφάλματα enormia operarum festinantium
paucula: A. 8. pro ἡρέθλη lege ἡρέθλης. B. 12. pro
πέδιον l. πέδιον, & 13. pro κρατύς l. κρατύς: sc̄
qua leniuscula præterea, eruditus lector ipse re-
stituet.*

F I N I S.



Möge die gütliche gottes gnade
denen die in dem heiligen
evangelio geschrieben stehen
zu nütze sein. Amen.
Das ist die heilige messen
für die toten seelen.
In dem heiligen messen
sind die heiligen vater
und die heiligen kinder
des heiligen gottes.
Die heiligen vater sind
die heiligen apostel
und die heiligen kirchen
vater. Die heiligen kinder
sind die heiligen heiligen
menschen. Amen.

Die heiligen messen
sind die heiligen messen
für die toten seelen.
In dem heiligen messen
sind die heiligen vater
und die heiligen kinder
des heiligen gottes.
Die heiligen vater sind
die heiligen apostel
und die heiligen kirchen
vater. Die heiligen kinder
sind die heiligen heiligen
menschen. Amen.



Cb 1856. 8

ULB Halle

3

002 386 801





~~1856~~

U077

m. i.







ORATIO CC 1815
DOMINICA 3

alijs atq; alijs carminum generibus
& Latinè & Gracè, qua fieri potuit
diligentia, reddita.

*Adiecimus alia, illis non inferiora,
profutura ad pietatem pueritia, nec ea-
dem ingrata futura adul-
terioribus.*

PAVLINVM.

Εν πᾶσιν, ὦ παῖ, σωφροσύνης

Δίνας τοῦ παντοφύτου

Ανυποκρίτως εὐχεσθε.

Λωδυνος *Helmaestadij*

Helmaestadij in ac. Iulia.

Mense Septembri.

—
CIC IC CX.